



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

XIV. Die von Redichsdorf und von Plaue bewidmen den von ihnen in der Pfarrkirche zu Werben gestifteten Marien-Altar, am 17. März 1263.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

duximus declarandum, quod nos in Capitulo Coloniensi cum Consilio dilectorum fratrum nostrorum, videlicet Fratris Gelrolfi, Prioris Poloni, Fratris Chide Salachini, Fratris Ulrici de Vobene, Fratris h. de Mirowe, Fratris b. de Remvorden (Steinvorden?) et aliorum, quorum nomina hic non sunt, proprietates quatuor Villarum in dioecesi Rezeburgensi, quorum nomina sunt duo Pogaetz et duae Disnik, venerabili Abbati et toti Conventui monasterii Reinvelde. Dioecesi Lubecensi, Ordinis Cisteriensis, pro centum maris denariorum vendidimus, sub tali conditione, quod annuatim dicti Abbas et Conventus Reinveldensis tres choros avenae in Lubeke nostris fratribus praesentabunt. Ut autem haec venditio firma permaneat in perpetuum, praesentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Acta sunt haec Anno Dni. MCCLII. Kal. Julii.

Königs Spicileg. eccles. a. a. D. S. 86.

XIV. Die von Redichsdorf und von Plawe bewidmen den von ihnen in der Pfarrkirche zu Werben gestifteten Marien-Altar, am 17. März 1263.

— Albertus, miles de Redichsdorp et zacharia vxor eius, necnon filii et filie eiusdem Albertus videlicet, brunningus, dominus fridericus presbyter, zabel, ziuerd, Gerardus, Cunigundis et Elizabet — Notum esse volumus, quod ad honorem dei et genitricis eius semper virginis marie et beati Johannis baptiste pro remedio animarum nostrarum et omnium parentum nostrorum preteritorum presentium et futurorum — ex mera liberalitate dedimus — hospitali s. Johannis baptiste in Werben Curiam nostram, quam habuimus in Nienkirchen, cum edificiis, agris, pascuis et omnibus pertinentiis et iuribus — sicut nos et predecessores nostri hactenus possidemus, que tempore facte donationis singulis annis nobis valuit siue persoluit octo choros avenae et viginti quinque solidos denariorum brandenburgensium. Preterea XV jugera terre arabilis sita ex vna parte curie dicti brunningi inter terram suam et dotem ecclesie de Werben, que dominus Johannes de plawe et frater eius dominus hampe felicis recordacionis memorato hospitali — dederunt, sepedictus brunningus et frater eius dominus fridericus presbyter plene et libere dederunt dicto hospitali cum censu et omnibus pertinentiis et omni jure eis vel heredibus suis competentibus. Hoc adiecto de bonis siue pertinentiis elemosine prelibate fratres dicti hospitalis providebunt in expensis vni presbytero in futurum, qui nisi infirmitate corporis aut alio legitimo detineatur impedimento, assidue debet officium vnius missae impendere pro salute predictorum in altari beate marie semper virginis, quod ipsi pro se et suis edificaverunt. — Super excrecentibus pertinentiis bonorum predictorum in subsidium pauperum crisi hospitalis ierosolimitani conuertentur. — In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam — honorabilis viri ciues de Werben requisiti et rogati sigilli sui munimine fecerunt presentem paginam roborari. Insuper testes huius facti sunt principales persone subscripte et frater Winricus Commendator dicte domus et frater Godscalcus plebanus eiusdem loci et alii fratres tunc temporis et zabel filius domini johannis de plawe, dominus johannes de campo, Henken de velde, happe Wedeken, Jacob filius Gundrat, heine bastus, henken bastus, hugo dictus scele, Wilken crange, Johannes de schonholte, theodericus Wantfnidere, Gerken filius Petri et alii — Actum et dat. anno dom. M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX. tercio, feria sexta proxima post dominicam, qua cantatur Letare Ierusalem. —

**XV.** Graf Bernhard von Danneberg und dessen Söhne verzeihen den Johannitern zu Werben die Pfarrkirche zu Rohrberg, am 23. November 1264.

Ego bernardus, comes in Dannenberge, — Nouerint — tam presentes quam posteri, quod prehabito consensu nostrorum heredum ecclesiam parochialem in Rorberge infirmis sacre domus hospitalis ierosolimitani ob salutem anime nostre simul et vxoris nec non patris et matris et omnium heredum nostrorum et henrici, adolfi, bernardi, Guncellini et Nicholai filiorum nostrorum cum omni iure et utilitate concessimus et dedimus perpetuo possidendam — Testes huius donacionis sunt Dominus iohannes Gener noster, Dominus Gerbertus, Dominus iohannes Slegel et dominus Henricus Rodevof miles, Dominus prepositus de Dannenberge, Magister alardus, frater Crafo de boxberg, frater Gerardus presbyter, frater Winricus et frater vricus Comendatores eiusdem domus hospitalis in Werben. Nos autem Henricus, adolfus, bernardus, Guncellinus et Nicholaus filii eiusdem Comitatus bernardi, quia propriis Sigillis caremus, Sigillo reuerendi patris nostri sumus contenti et hoc presentibus protestamur. Actum et Datum anno domini M°. CC°. LX°. quarto, in die beati clementis martyris atque pontificis.

**XVI.** Der Prediger-Ordens-Mönch und ehemalige Bischof von Regensburg excommunicirt Herzog von Barnim von Stettin, den Abt zu Colbaz und mehrere Vasallen derselben, weil sie dem Johanniter-Orden die Stadt Stargard mit Schlössern und Dörfern vorenthalten, am 12. August 1269.

Venerabilibus patribus Archiepiscopis et Episcopis et honorabilibus viris abbatibus, prioribus etc. — frater albertus de ordine predicatorum, Episcopus quondam Ratisponensis, executor a sede apostolica deputatus — Cum iuxta mandatum felicis Recordacionis domini Clementis pape quarti Religiosos viros Magistrum et fratres sacre domus hospitalis Ierosolymitani in alammnia in possessionem uel quasi castri de Rez (sic) et de choricowe, Clukin, zukan, zukowe, Sadelowe, Sulim et de Thumercelize villarum cum suis pertinenciis et opidi Nobilis viri Barnim ducis Sclauorum, quod Stargard vocatur, pro modo debiti declarati cum diligenti inquisitione habita mobilia ipsi duci pertinencia non inuenerim, in quibus missio huiusmodi fieret induxerim, sollempniter publice et districte inhibui, ne quis eos in huius possessione vel quasi impedire presumeret vel turbare, prout hec in instrumento desuper confecto per duos viros idoneos Johannem videlicet de Vriberc et albertum de hanelberc loco tabellionis, cuius usus in allamannia non habetur, ad conferendum assumptos conscripto, Sigilloque meo signato, plenius continetur. Verum quia abbas de kolbas et nobilis vir predictus Barnim dux Sclauorum seu Stettynensis, Johannes de lieuenowe, Gobelo marscalcus, Arnoldus de pinnowe, henricus et dietericus fratres ipsius Johannis (sic) et diethricus de cothene miles, Johannes de Zukowe et frater eius, Ludewicus de Wedele, Henricus, Johannes et Woltherus de Sadelowe, Guntherus et diethmarus fratres dicti stalbam, Henricus, Johannes et Henricus de thumerzellice, Brendekinus, martinus et fratres eorundem, Reinikinus et Meinikinus fratres, Johannes de Gerboldefdorf et fratres sui, Martinus dictus Swake, Johannes de Benz, Johannes de valkenberc, Heine dictus vngnade, Johannes focer eius, Wernherus de nichamere et